

requirimus, vt pro sua debita erga nos eandemque sedem devotione & observantia recte considerans, quanto decore, quove munere eundem Ducem dignum duxerimus, considerans etiam, quam detestabilis sit vnius Sathane filii fratris *Martini Lotter* nimia temeritas, quae etiam notissimam heresim sapit, & tanti ducis clarum nomen, claram etiam suorum progenitorum famam, denigrare potest, eodem Carolo Nuncio nostro auditio ea eidem duci suo sano consilio persuadere velit, per que nostre & dictae sedis dignitati & eiusdem Ducis decori recte consulatur, & dicti Martini temeritas comprimatur, & error heu nimium gravis, qui in populo plerunque nimium credulo ita seminatur, te uno potissimum rem iuuante, teque bono consultore tollatur, in quo devotio eadem tua Deo saluatori nostro, cuius causa agitur, rem acceptam & nobis, qui nil magis, quam zizaniam loliumque huiusmodi ex agro Domini extirpari posse studemus, gratissimam faciet. Pro qua in suis etiam piis votis & desideriis devotio eadem tua nos sedemque predictam magis sibi propicios inveniet atque benignos, prout ex eodem Carolo a nobis plane instructo eadem devotio plenius intelliget. Dat. Civitatis veteris Viterbiensis Dioecesis sub Annulo Piscatoris die XXIII. Octobris M.D.XVIII. Pontificatus nostri Anno sexto.

Evangelista.

In dem Hochfürstl. Archiv zu Weimar liegen zwei vergleichende päpstliche Brevia, von eben diesem Innhalt/ant Degenhardum Pfeffinger/und Donatum Grotius, gerichtet.

pag. 49. lin. 18. liß: timeo non.

lin. 25. liß: vorhüt.

lin. 32. liß: Clostern.

pag.